

Illustrissime ac Excellentissime Domine,
Domine Fratiosissime!

No 01.

Jam quatuordecim abhinc annis durissimis nouercanti-
um fatorum insultibus ad incitas reducti inter
tot supplicia nostra nullo adhuc dum fruimur respi-
rio: his premimur, aliis terremur infortunio:
Subinde nihil certius nobis promittere possumus;
quam miseris posteris nostris Patriam quondam fe-
licem relinquendam esse desertam, nosque indigna-
bundos ituros ad umbras. Cum vero in debitam
quam etiam intaminata fides nostra in nobis con-
seruauit recentem, | reuocamus memoriam: nostris
cum inualuere, malis unquam derepissimae Polono-
rum Maiestatis et Reipublicae consuluisse Protecti-
onem: inter has angustias nostras ad hoc firmissimum
recurrimus

recurrimus Asylum, Vestramque Illustrissi-
mam Excellentiam supplices accedimus: ut cum
Delegatum nostrum, Generosum Ferdinandum de
Putzenberg, ad Sacram Regiam Maiestatem, Dom-
num nostrum clementissimum, pro impetrandae
Regiae clementia et Protectione expedimus; Illu-
strissima Excellentia Vestra eundem Gratia Sua
amplecti, nobisque auxiliatricem suam dignetur
porrigere dexteram: ut Sacrae Regiae Maie-
stati totique Inclytae Republicae per Senatori-
am Instantiam commendati, extra strepitus
armorum et forenses, his eliberati oppressio-
nibus aliquo fruamur respirio. Ea
nobis exhibita Illustrissimae Excellen-
tiae Vestrae Gratia Honoriam Illustrissi-
mae

mae Excellentiae Vestrae perenna,
bit, nosque ad deuotissimum Tanti No-
minis Cultum obligabit

Austrissimae Excellentiae Vestrae,
Domini nostri Gratiosissimi

Adulissimos Seruos

Henricus Christianus de Krimben
Catholice
Ewaldus a Sacken
Cancellarius Duc. Sult.
Gottardus Ernestus de
Wittigbott dictus Scheel
Land Marschallus
Christophorus Tiedts Nuntiorum
Terrarum Marschallus

Conuentu publico,
habito Mitauiae,
die 28^{ta} Septembris
Anni 1714.

46.

Gene in hand Die

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.